

LATIN (PRINCIPAL)


Paper 2 Prose Literature

9788/02

May/June 2018

1 hour 30 minutes

Additional Materials: Answer Booklet/Paper



READ THESE INSTRUCTIONS FIRST

If you have been given an Answer Booklet, follow the instructions on the front cover of the Booklet.

Write your Centre number, candidate number and name on all the work you hand in.

Write in dark blue or black pen.

Do not use staples, paper clips, glue or correction fluid.

DO NOT WRITE IN ANY BARCODES.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

At the end of the examination, fasten all your work securely together.

The number of marks is given in brackets [] at the end of each question or part question.

This syllabus is approved for use in England, Wales and Northern Ireland as a Cambridge International Level 3 Pre-U Certificate.

This document consists of **11** printed pages and **1** blank page.

Section A

Answer **two** questions on your chosen prescribed text.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer Question 1 and **either** Question 2 **or** Question 3.

OR

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer Question 4 and **either** Question 5 **or** Question 6.

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

- 1 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

nam quod obiectum est de pudicitia, quodque omnium accusatorum non criminibus sed vocibus maledictisque celebratum est, id numquam tam acerbe feret M. Caelius ut eum paeniteat non deformem esse natum. sunt enim ista maledicta pervulgata in omnes quorum in adulescentia forma et species fuit liberalis. sed aliud est male dicere, aliud accusare: accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet; maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam; quae si petulantius iactatur, convicium, si facetius, urbanitas nominatur.

Cicero, *Pro Caelio* 6

[10]

EITHER

- 2** Read the following passage and answer the questions.

habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa sed adumbrata virtutum. utebatur hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse simulabat. erant apud illum illecebrae libidinum multae; erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris. flagrabant vitia libidinis apud illum; vigebant etiam studia rei militaris. neque ego umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque et inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. quis clarioribus viris quodam tempore iucundior, quis turpioribus coniunctior? quis civis meliorum partium aliquando, quis taetrior hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior, quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior, quis in largitione effusior? illa vero, iudices, in illo homine admirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, et audacia, versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere, cum tristibus severe, cum remissis iucunde, cum senibus graviter, cum iuventute comiter, cum facinerosis audaciter, cum libidinosis luxuriose vivere. hac ille tam varia multiplice natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat, tum etiam multos fortes viros et bonos specie quadam virtutis assimulatae tenebat. neque umquam ex illo delendi huius imperii tam consceleratus impetus exstisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus niteretur.

5

10

15

Cicero, *Pro Caelio* 12–14

- (a) Lines 1–10 (*habuit . . . effusior*): discuss the presentation of Catiline in these lines. [13]
- (b) Lines 10–19 (*illa vero . . . niteretur*): how does Cicero provide a powerful climax to his argument in these lines? [12]

[Total: 25]

OR

- 3 Read the following passage and answer the questions.

ex hac copia quam multos esse arbitramini qui hominibus potentibus, gratiosis, disertis, cum aliquid eos velle arbitrentur, ulti se offerre soleant, operam navare, testimonium polliceri? hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra, ut eodem tempore et huius saluti et religioni vestrae et contra periculosas hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini. equidem vos abducam a testibus neque huius iudici veritatem, quae mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam, quae facillime fingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. argumentis agemus, signis luce omni clarioribus crima refellemus; res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit. itaque illam partem causae facile patior graviter et ornata a M. Crasso peroratam de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae. vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione. de quo ipso tamen quid est quod exspectetis? quod is qui fecit aut non timet aut etiam fatetur; est enim rex. qui autem dictus est adiutor fuisse et conscientius, P. Asicius, iudicio est liberatus. quod igitur est eiusmodi crimen ut qui commisit non neget, qui negavit absolutus sit, id hic pertimescat qui non modo a facto verum etiam a conscientiae suspicione afuit? et, si Asicio causa plus profuit quam nocuit invidia, huic Oberit maledictum tuum, qui istius facti non modo suspicione sed ne infamia quidem est aspersus? 'at praevericatione est Asicius liberatus.' perfacile est isti loco respondere, mihi praesertim a quo illa causa defensa est.

5

10

15

Cicero, *Pro Caelio* 21–24

- (a) Lines 1–9 (*ex hac . . . pugnabit*): discuss what Cicero says about witnesses and witness statements in these lines. [13]
- (b) Lines 9–19 (*itaque . . . defensa est*): how convincing is Cicero's defence of Caelius in these lines? [12]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

- 4 Translate the following passage into English. Write your translation on **alternate** lines.

fuere etiam qui legatam a divo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus; et si vellet imperium promptos ostentavere. tum vero, quasi scelere contaminaretur, praeceps tribunal desiluit. opposuerunt abeundi arma, minitantes, ni regredieretur; at ille moriturum potius quam fidem exueret clamitans, ferrum a latere diripuit elatumque deferebat in pectus, ni proximi prensam dextram vi attinuissent. extrema et conglobata inter se pars contionis ac, vix credibile dictu, quidam singuli proprius incidentes feriret hortabantur; et miles nomine Calusidius strictum obtulit gladium, addito acutiorem esse.

Tacitus, *Annals* 1. 35

[10]

EITHER

- 5 Read the following passage and answer the questions.

postquam Bruto et Cassio caesis nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppressus exutoque Lepido, interfecto Antonio ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus, posito triumviri nomine consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum, ubi militem donis, populum annonam, cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim, munia senatus magistratum legum in se trahere, nullo adversante, cum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent, ceteri nobilium, quanto quis servitio promptior, opibus et honoribus extollerentur ac novis ex rebus aucti tuta et praesentia quam vetera et periculosa malent. neque provinciae illum rerum statum abnuebant, suspecto senatus populique imperio ob certamina potentium et avaritiam magistratum, invalido legum auxilio quae vi ambitu postremo pecunia turbabantur. ceterum Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum sororis filium admodum adulescentem pontificatu et curuli aedilitate, M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et victoriae socium, geminatis consulatibus extulit, mox defuncto Marcello generum sumpsit; Tiberium Neronem et Claudium Drusum privignos imperatoriis nominibus auxit, integra etiam tum domo sua. nam genitos Agrippa Gaium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat, necdum posita puerili praetexta principes iuventutis appellari, destinari consules specie recusantis flagrantissime cupiverat. ut Agrippa vita concessit, Lucium Caesarem euntem ad Hispaniensis exercitus, Gaium remeantem Armenia et vulnere invalidum mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit, Drusoque pridem extincto Nero solus e privignis erat, illuc cuncta vergere.

5

10

15

20

Tacitus, *Annals* 1. 2–3

- (a) Lines 1–10 (*postquam . . . turbabantur*): how does Tacitus give pace to his narrative in these lines? [10]
- (b) Lines 11–20 (*ceterum . . . vergere*): discuss the presentation of Augustus and his household in these lines. [15]

[Total: 25]

OR

- 6 Read the following passage and answer the questions.

'divus Iulius seditionem exercitus verbo uno compescuit, Quirites vocando qui sacramentum eius detrectabant: divus Augustus vultu et aspectu Actiacas legiones exterruit: nos ut nondum eosdem, ita ex illis ortos si Hispaniae Syriae miles aspernaretur, tamen mirum et indignum erat. primane et vicesima legiones, illa signis a Tiberio acceptis, tu tot proeliorum socia, tot praemiis aucta, egregiam duci vestro gratiam refertis? hunc ego nuntium patri laeta omnia aliis e provinciis audienti feram? ipsius tirones, ipsius veteranos non missione, non pecunia satiatos: hic tantum interfici centuriones, eici tribunos, includi legatos, infecta sanguine castra, flumina, meque precariam animam inter infensos trahere. cur enim primo contionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis, o improvidi amici? melius et amantius ille qui gladium offerebat. cecidisset certe nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius; legissetis ducem, qui meam quidem mortem inpunitam sineret, Vari tamen et trium legionum ulcisceretur. neque enim di sinant ut Belgarum quamquam offerentium decus istud et claritudo sit subvenisse Romano nomini, compressisse Germaniae populos. tua, dive Auguste, caelo recepta mens, tua, pater Druse, imago, tui memoria isdem istis cum militibus, quos iam pudor et gloria intrat, eluant hanc maculam irasque civiles in exitium hostibus vertant. vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos senatui, obsequium imperatori, si mihi coniugem et filium redditis, discedite a contactu ac dividite turbidos: id stabile ad paenitentiam, id fidei vinculum erit.'

5

10

15

Tacitus, *Annals* 1. 42–43

- (a) Lines 1–9 (*divus . . . trahere*): what is striking about Germanicus' argument in these lines? [10]

- (b) Lines 9–19 (*cur . . . erit*): discuss the tone of these lines. [15]

[Total: 25]

[Section A total: 35]

Section B

Answer **one** of the three questions set on your chosen prescribed text.

You should refer in your answer both to the text itself and, where relevant, to the wider historical, social, political and cultural context. Credit will be given for engagement with secondary literature, where appropriate.

EITHER

Cicero, *Pro Caelio* 3–50

Answer **either** Question 7 **or** Question 8 **or** Question 9.

OR

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

Answer **either** Question 10 **or** Question 11 **or** Question 12.

Cicero, *Pro Caelio* 3–50**EITHER**

- 7 Read the following passage and answer the question.

sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs te et testem eius criminis te ipsum dicunt se habere: si quae mulier sit eiusmodi qualem ego paulo ante descripti, tui dissimilis, vita institutoque meretricio, cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? ea si tu non es, sicut ego malo, quid est quod obiciant Caelio? sin eam te volunt esse, quid est cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? quare nobis da viam rationemque defensionis. aut enim pudor tuus defendet nihil a M. Caelio petulantius esse factum, aut impudentia et huic et ceteris magnam ad se defendantum facultatem dabit.

5

Cicero, *Pro Caelio* 50

Discuss Cicero's treatment of Clodia in the *Pro Caelio*. Answer with reference both to the passage above and to the rest of the prescribed text.

[25]

OR

- 8 Discuss Cicero's use of humour in the *Pro Caelio*.

[25]

OR

- 9 How well does Cicero defend Caelius against the charge of immorality?

[25]

Tacitus, *Annals* 1. 1–15, 31–51

EITHER

- 10 Read the following passage and answer the question.

repente lymphati destrictis gladiis in centuriones invadunt: ea vetustissima militaribus odiis materies et saeviendi principium. prostratos verberibus mulcant, sexagenis singulos, ut numerum centurionum adaequarent: tum convulsoſ laniatosque et partim exanimos ante vallum aut in amnem Rhenum proiciunt. Septimius cum perfugisset ad tribunal pedibusque Caecinae advolveretur, eo usque flagitatus est donec ad exitium dederetur. Cassius Chaerea, mox caede Gai Caesaris memoriam apud posteros adeptus, tum adulescens et animi ferox, inter obstantes et armatos ferro viam patefecit. non tribunus ultra, non castrorum praefectus ius obtinuit: vigilias, stationes, et si qua alia praesens usus indixerat, ipsi partiebantur. 5

Tacitus, *Annals* 1. 32

Discuss the role of violence in *Annals* 1. Answer with reference both to the passage above and to the rest of the prescribed text. [25]

OR

- 11 Discuss the characterisation of Tiberius in *Annals* 1. [25]

OR

- 12 How well does Tacitus create a coherent narrative out of domestic and foreign affairs in *Annals* 1? [25]

[Section B total: 25]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge International Examinations Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cie.org.uk after the live examination series.

Cambridge International Examinations is part of the Cambridge Assessment Group. Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.